
Ant. Mancinelli
Speculum de Moribus
et Officiis.

Hafn. 1541.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

96. 8°

N.B. def. fols D.1. & D4.
(cf. 173, 120.)

LN 164
M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

ANTONII Mancinelli Speculum de Moribus et Officiis.

¶ Antonius Mancinell⁹ Veliternus ad Phaſtum filium.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Inſpice virtutis ſpeculum dulciſſime fili,
Quo ſapiens fias, quo probus ipſe magis,

Dogmata percipies vitæ, normamqꝫ loquendi,
Sanctus eris, noſtra cœperis ire via,

Bina ſimul pergunt mea carmina, proptereaqꝫ,
Anterior dux eſt, poſteriorqꝫ comes.

Speculum de Moribus et officiis/a quibus honeſte viuendi præcepta ducuntur.

Prudentiæ officia.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Quatuor e ducibus naſcetur quicquid honeſtũ,
Ab duce prudenti, iuſto, forti, moderato.

Prudens vera videt, iuſtus ſua cuiqꝫ rependit,
Robur ineſt animi forti, modus, ordo, modeſtis.

Quæ bona, q̃ mala ſint, prudẽs diſcernit aperte,
Qui ſapiens, nouit diuina, humanaqꝫ cuncta.

Cautio vel ſtudium, ratio, intellectus adeſſe
Prudenti debent, ⁊ circumſpectio cuiqꝫ.

Iuſti ſit pietas, concordia, relligioqꝫ
Eſt ⁊ amicitia, clementia, læſio nulla.

Fortis magnanimus, tolerans quæcũqꝫ benigne
Magnificus, conſtans, metuens nil, turpia tantũ

Temperat a vitiis, quicunqꝫ eſt parcus, honeſtus,
Quiqꝫ verecundus, qui caſtus, qui moderatus.

Prudens eſt etiam, iuſtus, fortis moderatus
Cui virtus vna eſt, debent reliquæ ſimul eſſe.

Omnibus in rebus prudens exquitere debet,
Quod verum fuerit, ratio quid poſcat ⁊ vſus.

A ij

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Errare, ⁊ labi, neſcireqꝫ, deſcipierue,
Turpe malumqꝫ viro (quicunqꝫ eſt) dicimꝰ eſſe.

Præterita agnoſcens poterit ventura videre
Præteritū præſens prudentia ſcitqꝫ futurum.

Principiū ſophiæ timor omnipotentis habetur
Ergo deum timeas, ſapiens ſi quæris haberi.

Nate deum ſolum, qui mundum fecit adora,
Qui genus humanū finxit, qui a morte redemit.

Reſpicit omnipotens greſſus, animūqꝫ virorum
Ne credis illi quicquam potuiſſe latere.

Siue cibum ſumis, ſeu potum, dicis agiſue
In domini laudem, Paulus facienda reliquit.

In paruis etiam rebus vir non modo magnis
Ab Ioue principium ſumet dicens faciensue

Principio magni paruiqꝫ operis inuocandus
Eſt Deus omnipotens, fœlicius omnia cedent.

Qui valet ipſe Deus votum mihi rite ſecundet
Abſit item rebus lapſis, dic incipiendo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Ingeniū vireſq; tuas cognoſce, priuſquām
Incipias aliquid, turpe eſt deſiſtere ceptis.

Doctrinam citius quam aurum tibi dilige fili
Eſt cunctis opibus melior ſapientia rerum.

Si ſapiens audit, longe ſapientior extat
Doctrinam ſtulti contemnunt, velle doceri.

Cœli præcones auditum perge libenter
Traditur auditus cuiq;, vt perdiſcat agenda.

Scripturæ ſtudium debes impendere ſacræ
Illa fidem munit, ſtolidi fiunt ſapientes.

Doctrinam fili debes audire parentum
Deſpitiens illos, omni virtute carebis.

Lætificat patrem ſapiens, contriſtat ineptus
Gloria magna patris ſapiens, infamia demens.

Eſt precioſa magis rebus ſapientia cunctis
Gloria vero datur ſapientibus, haud locupleti.

Qui natos generant, laudandi quiq; parentes
Qui tamen erudiunt etiam magis vſq; probādi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Si tibi ſit natus, doctori trade perito
Perdocet indoctus, quæ dedoceantur oportet.

Hære illi, valeat qui reddere te meliorem
Dimittes, quem tu meliorem reddere poſſis.

Contubernalis fieri conare magiſtro
Inde modeſtus eris, ſtudioſior, atqꝫ peritus

Diſcere fili artem nullam potes abſqꝫ magiſtro
Ad præceptorem feſtino currito greſſu

Doctorem veluti ſanctum venerare parentem
Laudando ſemper, probris offendito nunquam

Diſcere lecta velis, animoqꝫ inſcribere cuncta
Ne libro amiſſo, te Antiſthenes arguat alter.

Inter conſocios lætus, placiduſqꝫ moreris
Et fuſte ⁊ lingua reprehenſus, parce furori

Doctior euades alios tu rite docendo
Attente pueros coges audire legenda

Virtutis præcepta decet ſeruare magiſtrum
Ni ſanum caput eſt, vitiantur, cætera membra

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Qui minime veniunt auditum tempore certo
Haud vltra expectes, velocius inde redibunt

Ludendi ſpacium puero concede modeſto
Fortior ad ſtudium mens oblectata redibit

Ut tibi donetur prudentia nocte dieqꝫ
Deſidiam vites, ſtudioqꝫ impende laborem

Dulcis doctrinæ fructus, radicula amara eſt
Ut valeat, quis non ſuccos potabit amaros?

Eſt ornamentum rebus doctrina ſecundis
Rebus in aduerſis doctrina eſt portus ⁊ aura

Diſcitur ars ideo, quo quiſqꝫ exerceat illam
Auxilio vitæ, ſeu laudi, lætitiæ ve.

Illa, quam norit ſe quiſqꝫ exerceat arte
Uſus enim egregius rerum præceptor habetur

Cor ſapiens quærit doctrinam, paſcitur amens
Erroris nebula, tum cæco pectore vulgus

Philoſophus ſimilem viuo canit eſſe peritum
Defuncto ſimilis, quicunqꝫ indoctus habetur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Doctrina fiunt homines clari ⁊ ſapientes
Doctrina mores purgantur, ſermo niteſcit

Aſpectus veluti deducit, ab aere lumen
A diſciplinis animo lux venerit ampla

Quippe ego doctrina malim cunctos ſuperare
Dixit Ariſtoteli Macedo q̄ rebus opimis

Quiſq; ſua cunctis doctrina noſcitur apte,
Indicat inſanum ſermo, iracundia, vultus

Corruet is populus, rector cui ſtultus habetur
Conſilio multo regitur reſpublica rite

Conſilium vulgo, ratio diſcrimina rerum
Deſunt, euades ſtudio conſultus, ⁊ arte,

Omnia conſilio ſapientia ducit agentes
Coſule qui ſapiunt, cunctis in rebus agendis

Plurima iudicio facienda, ⁊ non facienda
Alterius tibi ſunt, ſapientes conſule ſemper

Cum ſapiente means ſapiens euadet, amicus
Stultorum ſimilis fiet, ſapientibus hære.:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Blandimenta caue fallacia, ne capiaris
Fallit adulator retinens ſub melle venenum.

Coruis innumeris quam blando occurrere mallem,
Deuorat hic viuos, proiecta cadauera corui.

Debenti nummos cuiquam ſuccedere noli,
Sæpe ſolent vades inopem deducere vitam.

Arma nihil proſunt ſine conſilio ſapientum,
Ne fidas igitur magnæ, ſtultæqz cateruæ.

Conſilio recto pauci plures ſuperabunt,
Qui ruit in pugnam temere, calcabitur hoſti.

Prælia non ſubeas, niſi quum victoria tecum eſt.
Aut cum non poteris pugnam vitare coactus.

Culto agro nihil eſſe poteſt ornatius atqz
Uberius, tibi cura tui non deſit agelli.

Quippe Senatores olim ſua rura colebant,
Hinc Cincinnatus dictator factus arando eſt.

Fruſtra aliquid faciens, nulla emolumẽta ſequẽdo
Is vel ineptus erit, vel nulla negocia habebit.

Hi faciunt aliquid, quorũ ſit prompta voluntas.
Vel quibus ars fuerit faciendi, diſce, vel ſiqz.

B

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Si facis inuitus, leuior res aſpera fiet,
Res dura apparet mollis, ſi ſponte labores.

Si laudare voles aliquem, prius inſpice, qualem.
Commendes, tribuat ne mox tibi dedecus ille.

Pectoris ipſe tui cuinam ſecreta reueles
Inſpice, ſique prior taceas, alter reticebit.

Secretum, quodcunqꝫ tibi committitur vlli,
Celato ſemper, licet iraſcaris in illum.

Ad ſummum nitens aſcendere, conſpice, ne tu
Cum ramis recidas, quos iam cōprenderis alter.

Solus iter facito nunquam, ſecurior ibis,
Sunt graſſatores, ſunt mille pericula caſus.

Quattuor haud vnquam ſaciantur, cautior eſto
Infernus, vulua, & tellus, Vulcania flamma.

Quatuor vſqꝫ latent, colubri via marmore ducta
Aethere lapſus auis, mare puppis, iter pueroꝝ.

Fraudi ne credas muliebri, ꝙ meretricis
Mellea lingua tenet ſub dentibus atra venena

Infamis fuerit ſcortum qui nutrit, inopſqꝫ,
Magna pudicitiæ laus eſt, ne ſpreueris illam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Aedificat ſapiens mulier, quod deſtruit amens
Inſani capitis mulierem legimus eſſe.

Uxoris propriū pudor eſt, probitaſq;, fideſque
Forma breui durat ſpacio carpente decorem.

Sprimum morbis adhibenda eſt cura medendi,
Nam mora ſæpe nocet, creſcente malo perit æger

Nil ægrum reficit mage, q̄ præſentia amici
Re ſimul & verbis æger foueatur amicus.

Aera vitabis craſſum, purum tenuemq;
Dilige, acutus eris multo plus, ſanior atq;.

Uictus item craſſus tollet tibi mentis acumen,
Ergo velis tenui, facili quoq; veſcier eſca.

Ante oculos iacitur nequicquā rete volantum,
Fruſtra igitur tentas ſapientem ludere velle,

Perfidus haud vllis meritis placabitur vnquam
Amittes igitur quicquid donaueris illi.

Quæ ſunt ad victum, debes multo ante parare
Quam tibi defuerint, conſtabunt quippe minoris.

Tela tibi, clypei, galeæ, thoraces ementur
Ancipiti clauſo melius, q̄ Marte furenti

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Paret apes, vltro regi comitatur euntem,
Tu refugis parere tuo, te dignior illa.

Sciptor erit nemo tam circumſpectus, vt idem
Nō labet interdū, quādoqꝫ hinc dormit Homer⁹

Juſtitiæ Officia.

IUſtitie mun⁹ fuerit, non lædere quenquam,
Unicuiqꝫ ſuum ius reddere iuſticiæ ſit.

Juſticiæ ſplendor virtutis maximus hæret
Inde bonus fertur, qui iuſtus, quiqꝫ benignus.

Juſticiæ radix, fundamentumqꝫ ſit illud
Ne facias vlli, quæ tu tolerare nequires.

Si quis inauditis ambabus partibus, vllum
Judicium profert, iuſtum licet, extat iniquus.

Te verum, ⁊ pietas, oro ne deſerat vnquam,
Omnibus vt placeas, a te ſcelus omne fugato.

Mentiri ſolito, verum non creditur vlli,
Qui cupit amplecti, vitet mendacia vana.

Quod verum, ſimplex, ſyncerum, conuenit ample
Naturæ humanæ, ſis verus, ſis quoqꝫ ſimplex.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Ipſa locum pietas vllum non poſſit habere,
Ni ſcelus acciderit, niſi quis peccauerit ante.

Cuiqȝ homini vitium certum natura reſeruat,
Hic iracundus, tu mendax, ille ſuperbus.

Pauperis ille deum quiſquis miſeretur, honorat,
Eſto pius miſeris, tibi quo pia numina fiant.

Impius eſt odio mortalibus, atqȝ ſuperbis,
Ut placeas terræ, ⁊ cælo pius eſſe memento.

Iuſti animam dominus nutrit, lætabitur illa.
Iuſtus eris ſaturet quo te Deus, ac tua ſeruet.

Impietas enim theſauros lædit habentem.
Iuſticiæ vero theſaurus morte tuetur.

Qui fuerit ſimplex, fuerit qui cultor honeſti,
Ille colet terram, terra pelletur iniquus.

Qui domino ſeruit lætabitur impius omnis
Tartara ſæua petens regno priuatur olympi.

Crimina qui cælant, renuentes illa fateri
Ima petent miſeri, cæleſtia regna fatentes.

Impius haud dormit, niſi cum malefecerit vlli,
Ac patietur idem, peioraqȝ forte ſubibit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Si pius in terra recipit, peccator iniquus,
Quo magis accipiet, quanto maiora meretur?

Dicere non ſatis eſt, culpæ me pœnitet omnis,
Pœna opus eſt aliqua, ne tu, reliquiæ, recurras.

In cruce fur pendet, ſpectanti exempla daturus
Ne furtum facias, ſcelus id nam turpius omni.

Qui bona cuiuſquam furto ſubtraxerit, aut ui
Supplicia expendet, niſi reſtituantur ad unguem.

Qui prodeſſe poteſt, ſuccurrere qui perituro,
Occidit ſi non ſuccurrerit, eſtq; homicida.

Denegat auxilium miſero, quicunq; parenti,
Quæret idem fruſtra, meminerunt omnia cœli.

Nemo fidem fallens, maius ſcelus edere poſſet,
Sancta fides igitur tibi ſit, promiſſio facta.

Fidus homo cunctis gratiſſimus eſt, & amicus,
Infidus cuiq; eſt odio, cuiq; eſt inimicus.

Dictorum pactiq; fides conſtantia fertur,
Promittens aliquid, totum conſtanter adimple.

Depoſitum quodcunq; tenes, ſeruetur amice,
Turpe magis nihil eſt homini, quàm fallere amicum.

Depoſitum quandoq; fuit non reddere iuſtum,
Depoſitum minime reddendum homini furioſo.

Promiſſum ſeruare (decet non ſemper) amico,
Si tibi promiſſum noceat plus q̄ iuuet illum.

Promittens aliquid formidine fraudeue captus
Iura quidem, legeſq; negant, tenearis ad illud.

Oblatum ſuperis ſine cuncta reddito votum,
Diſplicet eterno regi promiſſio vana.

Non nobis ſolum nati ſumus, ergo fauere
Debemus patriæ, vel amicis, vel cuicunq;

Omnia, quæ terræ gignunt, homini generantur
Et hoīes hominū cauſa, vt foueantur vtrinq;.

Dicitur iniuſtus cupiens offendere quenquam,
Dicitur iniuſtus ſpernens defendere preſſos.

Differt conſulto, ſubitoue iniuria fiat,
Eſt leuior ſubito motu quæ iniuria fertur

Quod ſemel exactū eſt, iterum non exigat vllus,
Non decet alterius iactura cogere nūmos.

Contra iura nihil merceris, nam male parta
Labuntur facili cliuo, ꝛ quaſi cæra liqueſcunt.

Ancillæ ſeruiſq; tuis da quicquid oportet,
Viuito cum ſeruis elementer, viue benigne,

Serui ſunt homines, & eodem ſemine, quo tu
Contubernales ſunt ſerui, humiles, & amici.

Plurima des illi, qui te dilexerit ample,
Ignotoq; etiam faueas virtute referto.

Infami non detur honor, non vlla poteſtas,
Præmia virtuti ſolum debentur honoris.

Præcipue debes illi præſtare fauorem,
Qui magis indigeat, cui deſiat commoda vitæ.

Dilige præcipue patriam, poſt deinde parentes,
Hinc notos, totãq; domũ, charoſq; propinquos

Dilige quoſcunq; vt fratres, nulliq; nocebis,
Pacis amans quocũq; velit, ſecurus adibit.

Diſplicet vſq; adeo, quodcũq; eſt pondus iniquũ
Omnibus in rebus domino ſeruire memento.

Cum ſubito valeaſ aliquid præſtare petenti,
Ne dicaſ illi vade, atq; reuertere craſ do.

Celanti triticum domino maledicitur, illis
At benedicetur, qui vendunt, qui pij ſunt

Cum tibi confidat, mala nulla parabis amico.
Detrahe nec dictis, nec factis illius vnquam

Cordis eget mentiſq; bonæ, qui ſpernit amicum
Diues erit, multos quicūq; eſt nactus amicos

Proſpera dumtaxat falſi ſectantur amici,
Diffugiunt hyemem, tu conſtans dilige ſemper.

Alter amicus ego eſt, anima vna in corpore bino
Ho plenum fœlix verum qui nactus amicum.

Munera delectant homines, & numina diuum
Munere magnanimi ſæpe acquiruntur amici.

Plurima quo teneas, impendere parua memento
Maxima ſæpe tibi referent munuſcula parua.

Dilige vicinos, poterūt hi ſemper adeſſe
Congregat vna homines alterni cauſa fauoris

Vicinus melior iuxta te, fratre remoto,
Omnibus in rebus vicino cuiq; fauendum.

Iniuſte cupias nullum accuſare, ſolebat,
Non iure accuſans Perſis punirier ample.

Alterius mauult reprendi crimina quiq;
Quam ſua, velandū quodcūq; eſt crimen amici.

K

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Alterius cupiens prauos reprendere mores,
Is vitio debet quocunq; carere nefando.

Qui cupit alterius vitium reprendere, tangat
Ante ſuum pectus, poſt hæc conſideret illud.

Gratia, virtutum cunctarum maxima fertur,
Unde nihil malis, ꝙ te gratum eſſe videri.

Cum re, cumq; animo debes gratiſſimus eſſe,
Hac re dignus eris prompto cuiuſq; fauore.

Gratia plus multo reddat, quam ſumpſeris ipſe,
Ut pinguis ager veluti, referas tu plura benignus.

Aſſiduo pueros peccantes verbere cæde,
Corrige, nam prauos nimia indulgentia reddit.

Praua bono, iuſtoq; viro, potuere placere,
Nunquam, diſcipulos hac re, notoſq; cohercet.

Dilecti nati tundendum eſt corpus acerbe,
Ne malis nutriatur, nimio, cui parcis amore.

Erudit inſtanter natum, qui diligit, at qui,
Illum odit, virgæ parcit, quæcunq; ferendo.

Sponte puer nolens ſtudijs impendere curam,
Sæue nimis, feruláq; pia cogendus acerbis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Sæpius indociles, tardoſq; monere momento,
Impetus, atq; minæ pueris, & verbera proſunt.

Si peperit coniunx, tunc illa ſit integra mater,
Imperfecta quidẽ mater, nulla vbera prædens.

Nutrijt illa prius, quod non cernebat in aluo,
Jam noſcens hominem viuentẽ, pellit ab vlnis.

Vbera mammarum tribuit natura puellis,
Natorum cauſa, non formæ ſiue decoris.

Ceu ſimilem format membris, animoq; parentũ
Semen, ſic etiam lactis natura figurat.

Haud homini tantũ, pecudi ſimul euenit iſtud,
Alterius quoties nutritur lacte animantis.

Lac ouium potante hædo, capræ ſimul agno,
Lanitium tenerum venit illi, durius agno.

Ingeniũ altricis quapropter, vis quoq; lactis,
Partem etiam magnam retinent in moribus ipſis.

Pallida erat nutrix Syluani, pallida nati,
Membra ſui, credas igitur quæcunq; notaui.

K 9

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Fortitudinis/magnanĩitatiſqȝ Officia.

FOrtitudo viri propria eſt, ⁊ maxima virtus
Eſt autem mortis contemptio ſiue doloris.

Cui fortitudo non eſt, vir fœmina habetur
Virtuti nomen vir dat, nam fertur ab. ipſo.

Fortitudo quidem proprie virtus vocitatur
Nam reliquas ſuperat, ſpernens mortalia cũcta.

Inferiora putat ſe cuncta humana vir ipſe
Magnanimus, fortiſqȝ ſimul, nam deſpicit illa.

Magnanimos, forteſqȝ viros plato dixit haberi
Veros, atqȝ bonos, ⁊ ſimplicitatis amicos.

Magnanimi non ſunt, fallaces ſiue nocentes
Sed veri, atqȝ boni, miſero cuicunqȝ fauentes.

Magnus quippe animꝰ nil optat, præter honeſtũ
Succumbit nulli fortunæ, humanaqȝ temnit.

Ardua magnanimus, fortiſqȝ, ⁊ plena laborũ.
Aggreditur, ſtudio vitæ, patriæqȝ tuendæ.

Splendidius nihil eſt illo, quod fiet ab vllo,
Magno animo, elatoqȝ, humanaue deſpicienti.

Ignauis ideo fertur, virgo illa virilem,
vos autem iuuenes animum geritis muliebrem.

Opprimit ingenitum pudor, aſt audacia firmat,
Omnibus in rebus melior quicūqȝ ſit audens.

Fortiter incipias, audacia murus habetur,
Qui fuerit timidus, faciet laudabile nunquam.

Ignauos fortuna premit, tolluntur in altum,
Magnanimi, forteſqȝ viri, ſubeundo labores.

Fortis, non timidus, non audax eſto, ſed audēs,
Forti eſt vtendum ratione in rebus agendis.

Iraſci noli domino reprenſus, amatur,
Ab domino quicūqȝ ſuo, reprehenditur idem.

Qui ſapiens fuerit, ſeſe ratione gubernat,
Inſipiens nulla poterit ratione teneri.

Noli vindictam, ſæpe obfuit vltio facta,
Magnanimus parcit, vindicta fœmina gaudet.

Qui damno alterius lætatur, ſentiet ipſe,
Iactura ſocij doleas, lætare ſecundis.

Qui tuus eſt, aliis nunquam donabis honorem,
Deſpiciens ſeſe, nunquam venerabitur vlli.

Formicæ nullo didicerunt grana magiſtro,
Ferre domū, piger eſt, quicūq; famē capietur.

Vult piger, & non vult, operās pingueſcit opime
Qui piger eſt, triſti macie tenuabitur ille.

Qui piger extimuit frigus, nec arauit ob illud,
Aeſtate eſuriens fruſtra rogitabit amicos.

Alto ſole iacens, vitam conſumit inertem,
Fiet inops, tu ſurge priuſq̄ venerit æthon.

Qui citius ſurgunt agiles & dexteriores,
Euadunt, laudemq; parant, & cōmoda vitæ

Oſtia ceu proprio vertuntur cardine, deſes
Haud aliter molli verti ſolet ipſe grabato,

Quæ facienda tibi (mora læſerit) expediantur,
Quod cœnes, ſerua, non quod tāen inſtat agēdū.

Nec tu fortunæ nimium confide ſecundæ,
Præteritis meliora malis ſperare memento.

Cum tuleris grauiora malis præſentibus, iſtæc
Fortiter excipias, donabitur his quoq; finis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Eſt humanarum rerum, qui voluitur vſq;,
Circulus, inde diu nemo eſt miſer atq; beatus.

Nullaq; ſors hōini longa eſt, dolor atq; voluptas
Alternis cedunt, breuior tamen ipſa voluptas.

Altius euexit quo te fortuna, ruinam
Maiorem timeas, nulli eſt fortuna fidelis

Diuitijs fidens, is corruet, & ſapienti
Seruiet inſanus diues, licet ille ſit Irus.

Tempore cui longo vita eſt, aduerſa ſubire
Cogitur, hinc breuior vita eſt, iucundior illa.

Mors male viuenti grauis eſt, iuſto cuicunq;,
Principium vitæ felicis meta laborum.

Mortuus ad vitam nunquam reuocabitur vllus,
Quid proſunt lachrymæ, gemitꝰ, ſuſpiria, luctꝰ?

Omnia tempus habent, cedunt ſibi cūcta viciſſim
Naſcendi tempus, moriendi tempus habetur.

Doctus & indoctus moritur, diſcrimine nullo,
Impius atq; pius morti debentur eidem.

Eſt nihil æternum, cunctis mors imminet atra,
Sola quidem virtus, geſtorum gloria viuet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Junior exerce ingenium, ne ſperne laborem,
Junior acquiras, quibus indiget ægra ſenectus.

Quilibet exercens ſeſe ipſum rebus honeſtis
Immemor exacti & potius nempe laboris.

Quicunq; exercet vanis ſe & turpibus, illi
Deficit oblectamentum, laſſuſq; reſiſtit.

Tædia non refugit cupiens virtutis honorem
Qui ſtudium, curamq; fugit, ſpernetur vbiq;.

Proſpera cuncta viro vigilanti, & recta ſequenti
Succedunt, vigila, tibi conſule, recta ſequaris.

Errauit quicunq; ſemel, malus vſq; putatur
Eſto bonus ſemper, ſemper reputaberis idem.

In cœlo bona ſunt, quæ cunq; mala hic reputātur
Scribitur Euripidi talis ſententia Græco.

Cuncta quidem toleranda tibi patienter amara
Condicunt dominus patienti premia cœli.

Qui mala præſenti tolerant, aduerſaq; ſæclo
Mercedem capient cœleſtia regna laborum.

Viginti puer ipſe annos, totidemq; adoleſcens,
Tot iuuenis, totidēq; ſenex (Samius dat) habebit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Aggrediens aliquid faciendū, conſule honeſtū
An ſit, deinde vide faciendi ſit ne facultas.

Nil tu committas, quandoq; ut, dicere poſſis
Hoc mihi nō vnquā cōtingere poſſe putaram.

Prælia cautus ini, quotiens pugnare neceſſe.
Non niſi prudenter ſubeunda pericula vitæ.

Promptior ad pugnas animū pro laude parabis
Quam pro diuitijs quærendis ſiue tuendis.

Pro patria vitam, non ſolum funde repoſta,
Cōmoda nec patriæ taceas formidine preſſus.

Si patriæ rector fueris, defendito ciues,
Iure omnis æquo tollentur ſeditiones.

Pax erit in populo, quoties eſt omnibus æqua
Iuſtitia, hinc luctū fugies, dum iura miniſtras.

In patriæ cura clemens ſis, atq; ſeuerus,
Manſuetis clemens, verū grauis eſto nefandis.

Dedecet ira, furor, populi qui iura gubernat,
Præclaroq; viro clementia cedit honori.

Qui pariter peccant, pariter punire memento,
Ne ſtatuas vlli maiorem crimine pœnam.

Ira procul cedat, ſi quem punire parabis,
Iuſticiam nequit iratus ſeruare modumqꝫ.

Sint legũ ſimiles, qui publica mũnera curent,
Lex venit ad pœnam clementer non furioſe.

Non te præcipitet, furor vllus, mente quieta
Cuncta geras, placido vita eſt fœlicior omni.

Principe conſtanti vulgus lætabitur omne,
Iniuſto rectore viri matreſqꝫ dolebunt

Iniuſum imperium longo non tempore durat,
Non aurum, ſed amicus erit cuſtodia regni.

Temperantiæ/ Modeſtiæqꝫ Officia.

Ordo modusqꝫ ſimul rerũ pudor ipſe decor
Turbatiqꝫ animi ſedatio te comitentur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

In dictis factiſqꝫ tuis ſeruabitur ordo,
Ordine peruerſo nulla actio rite paratur.

Incipiens aliquid finem conſideret ante,
Decidit in laqueos, qui cæco pectore fertur

Mens hoīnis diſcendo alitur, meditāſqꝫ requirit
Quod decet in vita tecum mediteris agendo.

Mens animuſqꝫ tuus nil præter quicquā honeſtū
Cogitet effugies hoc pacto dedecus omne.

Id ſolum petito, quod nulli iure negares,
Quod tibi concedi malles, concede roganti.

Ne facias vnquam diſceſue obſtante minerua,
Hoc eſt nil facito, quoties natura repugnat.

Quiſqꝫ ſuum ingenium noſcat, ſua robora quiſqꝫ
Sit modus in rebus. ſeruabitur ille decorus.

Sermo tuus lepidus, comis, iucūdus honeſtus,
Non aſper, non durus erit, non turpia narret.

Moribus ille tuis plus q̄ ſermone iuuetur
Qui tecum veniet quocūqꝫ ſiue moratur.

In multiloquio peccatur ſæpius inde,
Pauca loqui debes, potiuſqꝫ audire loquentem

Quiſqꝫ tacere nequit ſtultus, ſapienſqꝫ putatur
Cum tacet, ergo velis ſapiens non ſtultus haberi.

Pauca loqui prudens, audireqꝫ plurima debet,
Os vnum, binaſqꝫ aureis iccirco tenemus.

Suſcitat ingentem prædurus ſermo furorem,
Terribilemqꝫ iram frangit reſponſio mollis.

Quolibet in verbo ac actu mens eſto quieta,
Ira procul tendat, furor, impatientia, pax ſit.

Iratus poterit, laudabile nil operari,
Ira animū turbans occæcat lumina mentis

Intempeſtiuus, vel ineptus ⁊ immoderatus,
Damnatur riſus, decuit grauis, atqꝫ modeſtus.

Ex facili victus tibi ſit, præcioſa relinque,
Quære fame guſtum, cōditos temne ſapores.

Darius fugiens ſicco pulmone cruentam,
Hauſit aquā, potus ſibi dulcior haud fuit vnquā

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Conualet ægrotus veteri ſtatione recedens,
Captus amore procul fugiens, ſanus remeabit,

Abſtineas oculis, Darii q̄ cernere pulchram
Noluit vxorem Macedo, quo caſtior eſſet,

Vritur ut ſubito Vulcani lumina tangens,
Non ſecus a tactu muliebri corda virorum

Noſtrum plus aliis placet, at nobis alienum,
Sorte tua contentus eris, quæcunqz ſit illa.

Gaudia nulla homini tam proſpera dant, ut illic
Mel ſine felle inſit, ſine luctu plena voluptas.

Alterius peccata velis cognoſcere numquam
Nam tua celare eſt potius, q̄ ſcire aliena.

Tu domui non illa tibi, ſis nate decori,
Ne tibi Ariſtippus faciem deturpet inerti,

Diuitias vitæ cauſa molire tuendæ,
Quod ſatis eſt cupias, inſit tibi nulla libido.

Non adeo cura eſt vitæ præſentis habenda,
Ut capiat mentem venturæ obliuio vitæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Si diues fueris, delicti non eris expers,
Ni cupis ⁊ miſeris, ⁊ egenis eſſe benignus

Poſſe bonis vti præſentibus atqꝫ futuris,
Difficile eſt, petitur cœlum virtute, labore.

Diuitiis multi perierunt, robore quidam,
Sæpe ſolent igitur nobis bona noſtra nocere.

Parua magis iucunda venit, ꝙ multa ſupellex,
Anxius eſt diues ſuper armentis gregibuſqꝫ

Multi in diuitiis inopes occurrere poſſunt,
Parcit enim gazæ, vt diues moriatur auarus.

Diuitijs ſapiens dominatur, ſeruit ineptus,
Diuitiis noli cor ponere, ſi quis abundas.

Non ego fœlices reputo, quibus affluit aurum,
Ni ſcierint vti fueritqꝫ io iure paratum.

Nullo animus lucro pingui ſatiatur auarus,
Ipſe Crates aurum iecit virtutis amore.

Pauper eris nunquam naturam rite ſequendo,
Exiguum natura cupit, multumqꝫ libido.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Naturæ ſatis eſt fluuius, ſat poma vel herbæ,
Utere natura, poteris ſic eſſe beatus.

Exultet pauper, grates agat omnipotenti,
Liber enim multis patrimoni nexibus ille.

Paupertas vrbis muniuit, repperit artes,
Paupertate ſapit Socrates, Plato, cæcus Homerus

Eſt odio pauper cunctis affinibus atque,
Diligitur diues, tu quanque bonum tu taris.

Nemo cum propriis curare aliena valebit,
Rerum alienarum cura eſt grauis, atque moleſta

Seu pila delectat, ſiue alea, lude parumper,
Ludere non turpe eſt, parco ſi tempore fiat.

Nil imprudenter faciendum, fortuitum,
Non ludo atque ioco, ſumus ad grauiora creati.

Quiſque Deum metuens, recto qui tramite pergit,
Spernitur a pueris, tu dilige ſemper boneſta.

Eſt adoleſcentis maiores ſe reuereri
Conſilioque frui ſapientem quolibet actu.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Corporeus labor eſt ſeniori diminuendus
Exercere animum ſenior, non corpora debet.

Conſilio ſenior iuuenes, patriamqȝ iuuabit,
Effugiat ſenior languorem, deſidiamqȝ.

Dedecet ipſa Venus quemcunqȝ magis ſeniorem
Luxuriant iuuenes longæui exempla ſequendo.

Parturiens hominum conſpectum vitat aſella,
Comittunt homines vulgo turpiſſima quæqȝ.

Pergit apes longe, quoties emittit oletum,
Egerit ante thorum vel menſam, vir mulierqȝ

Mundiciæ tibi ſint veſtitus, aut faciei,
Quas laudat ſapiens, non quas reprendere poſſit

Incedit ſapiens, non ambulat, ergo cauebis
Ingreſſum celerem, vel tardum, ſume decentem

Eſto pudicitiæ, vitæqȝ exemplar honeſtæ
Sermone, ingreſſu, viſu, geſtuqȝ decenti.

Hi tecum maneant, quorum ſit vita pudica,
Infames procul eſſe velis, procul ire iubeto.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Tullius inſtituit præceptis officiorum
Quem genuit, proſamq; illi, non carmina miſit.

Carmine fit longe breuior ſententia, menti
Longius hinc hærent, quæ carmine rite notãtur

Idcirco fili de Moribus Officijsq;
Carmen habes, tu diſce ſimul cum fratribꝰ illud

Hæc intra luces viginti luſimus, ac tu
Intra annũ diſcens, prudens eris, atq; modeſtꝰ

Haffnie ex officina honeſti viri Joannis
Vinitoris habitantis in nouo vico
clauſtrali. Anno
1541.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

[illegible]

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°


Nihil est damnationis iis qui sunt in christo Jesu

In omnibus operibus tuis memorare
novissima tua et in aeternum
non peccab

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Iste liber pertinet [illegible]
Johannis [illegible] est [illegible] historie





Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 164 8°